Villa SCZYTNIKI in Palatinatu et Districtu Calisien, Gnoso Venceslao Zaiączek Secr S R M datur.

Sigismundus etc. Scamus etc. Quia nos villam Sczytniki in Palatinatu et Dctu Calisien sitt, dispositioni nrae, certis, ltimisq de causis obnoxiam Gnoso Venceslao Zaiączek Secretario nostro iuris via a moernis possoribus vindicandam et recuperandam dedimus et contulimus, damusq et conferimus praesen lrīs Nris. Ita, ut eand villam, iure adeat, et in possonem suam vindicet, vindicatq, cum oibus subditis, Colonis, eorumq laboribus, pensionibus, commodis, tum et agris, pratis, campis, sylvis, lacubus, stagnis, piscinis, molendinis, caeterisq emolumentis universis, teneat, habeat, et possideat, ad extrema vitae suae tempora. Promittimusq pro nobis et Serenis successoribus nris, nos eund Secretarium nostrum, ab usu et possone, dictae villae quoadvixerit non amoturos, sed saluum et integrum ius, una cum Serenis Successoribus nris, ipsi ad vitam praestituros. Ratione cuius Adiutalitatis, si ea bona summis antiquis onerata sunt, eam summae partem, quae ex praescripto legum remittenda venerit; nobis et Reipub. remittere et condonare, si aut a summis libera; quartam proventuum partem, Rariam quotannis inferre tenebr. Iuribus nris Regalibus etc. In cuius rei fid. etc. Datum Varsaviae d. XX Mensis Februar anno ??? sup. Sigismundus Rex

Petrus Zeronski

Villa SCZYTNIKI in Palatinatu et Districtu Calis-sien, Gnoso Venceslao Za-iączek Secr S R M datur.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos villam Sczytniki in Palatinatu et Dctu Calisien sitam, dispositioni nrae, certis, ltimisq de causis obnoxiam Gnoso Venceslao Zaiączek Secretario nostro iuris via a moderinis possessoribus vindicandam et recuperandam dedimus et contulimus, damusq et conferimus praesentibus literis Nris. Ita, ut eandem villam iure adeat, et in possessionem suam vindicet, vindicatamq cum omnibus subditis, Colonis, eorumq laboribus, pensionibus, commodis, tum et agris, pratis, campis, sylvis, lacubus, stagnis, piscinis, molendinis, caeterisq emolumentis universis teneat, habeat, et possideat, ad extrema vitae suae tempora. Promittimusq pro nobis et Serenissimis successoribus nris, nos eundem Secretarium nostrum, ab usu et possessione dictae villae quoadvixerit non amoturos, sed saluum et integrum ius, una cum Serenissimis Successoribus nris, ipsi ad vitam praestituros. Ratione cuius Advitalitatis, si ea bona summis antiquis onerata sunt, eam summae partem, quae ex praescripto Legum remittenda veneiit, nobis et Reipub. remittere et condonare, si autem a summis libera, quartam proventuum partem, Aerarium quotannis inferre tenebitur. Iuribus nris Regalibus etc. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviae die XX Mensis Februarii anno quo supra. Sigismundus Rex

Petrus Zeronski